

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Menippus sive dialogorum satyricorum centuria
inanitatum nostratum speculum**

Andreä, Johann Valentin

Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618

89. Nemo et omnis

[urn:nbn:de:bsz:31-107424](#)

DEFINITIONES.

165

- B.** Ventus. *A.* Sed dulce Evangelium? **B.** Ros.
A. Die quid sancta veritas? **B.** Flamma. *A.* Quid ratio? **B.** Candela. *A.* Quid opinio? **B.** Fumus. *A.* Quid calumnia? **B.** Favilæ. *A.* Quid fama? **B.** Stipula. *A.* Quid memoria? **B.** Cinis. *A.* Quid mendacium? **B.** Vitrum. *A.* Nonne & loca perlustrabimus? Vrbs dic quid est? **B.** Gymnasium. *A.* Ecclesia? **B.** Stadium. *A.* Quid aula? **B.** Circus. *A.* Et Schola? **B.** Sphæristerium. *A.* Quid curia est? **B.** Orchestra. *A.* Quid consistorium? **B.** Septum. *A.* Quid dicasterium? **B.** Amphitheatrum. *A.* Quid forum? **B.** Balneum. *A.* Quid Officina? **B.** Arena. *A.* Quid Castra? **B.** Macellum. *A.* Quid Eremus? **B.** Podium. *A.* Quid domus? **B.** Pegma. *A.* Quid officium? **B.** Larya. *A.* Quid Bibliotheca? **B.** Umbrella. *A.* Dabis ne & ætates? Pueritia quid? **B.** Terror. *A.* Iuventus? **B.** Error. *A.* Virilitas? **B.** Labor. *A.* Senectus? **B.** Horror. *A.* Quid tempus? **B.** Bulla. *A.* Quid vita? **B.** Mors. *A.* Quid mors? **B.** Vita.

89. NEMO ET OMNIS.

- A.* **S**alve Nemo, **B.** Salve Omnis. *A.* Vter nostrum melior. **B.** Nemo certe. *A.* Omnis sane. **B.** Vis Nemo tecum certet. *A.* Omnis utiq; superabit. **B.** Nemo fuit semper. *A.* Quicquid agit Mundus, facit Omnis, & Omnis ubique est. **B.** Postfunera Nemo. *A.* Omnis in æternum vivit. **B.** Omnia Nemo potest. *A.* Novit sese omnis ad unguem. **B.** Nemo sapit omnia per se. *A.* Omnis

A. Omnis habet cœco pectora testa chao. B. Ne-
 mo manet semper. A. Omnis amat diræ tempo-
 ra nosse necis B. Crimine Nemo caret. A. Omnis
 habet tacitis pectora operta viis. B. Nemo fugit
 mortem. A. Omnis amat vitæ gaudia yana bre-
 vis. B. Nemo quod est quod erat, nemo futura
 tenet. A. In omnibus autor Omnis. B. Nemo
 potest dominis simul in servire duob. A. Omnis
 habet plurimos dominos. B. Nemo sorte sua vi-
 vit contentus. A. Scit Omnis iners tergo quan-
 ta crumena suo. B. Nemo in amore iapit. A.
 Omnis amat totis muliebria pectora neruis. B.
 Nemo est in amore fidelis. A. Omnis amat ver-
 bis. B. Nemo alii propior quam studet esse sibi.
 A. Re procul Omnis abit. B. Nemo quod & quo-
 ties expedit, illud habet. A. Omnis at horrendo
 cedit ubique malo. B. Nemo bonus, nemo est
 ex omni parte beatus. A. Auspiciis cedere cun-
 dicta bonis Omnis amat. B. Nemo perinnocuos
 mores emerget. A. Omnis ait digito Arcadici
 monstrantur aselli. B. Bona curat publica priua-
 to munere Nemo magis. A. Omnis habet tan-
 quam Numina summa numum. B. Nemo au-
 det subitis rebus habere fidem. A. Omnis habet
 varias aures oculosque sequaces. B. Nemo sibi
 cavit ubique. A. Omnis ait vulpem vulpes non
 mordet. B. Nemo quæ placeat stupido facit om-
 nia vulgo. A. Omnis in egregius cœcus asell⁹ agris.
 B. Nemo Deum pariter, divitiasque colit. A. O-
 mnis opes redamat, decoctor & Omnis in orbe
 est. B. Infectum reddere factum Nemo potest.
 A. Durum hodie Omnis ait. B. Nemo quas con-
 gessit

pliopes securi
 cassum, miseri
 novagam stabili
 omnis habet vi
 rupates nulli
 quis spernit, vi
 derit studis pra
 eprobitas, om
 ni concitus in vid
 pariter doctus
 requirit mu
 tam multo tract
 acerdotum lux
 udet. A. Om
 ne quis. B. Ne
 sonus est. A. O
 mina ad aures;

Agyle

E Hem mor
 miramini
 amini, quorop
 quisquor si
 pitis, adete, co
 nesauros, nova
 ne liberalem, si
 gratia, quicquid
 quis clamor, &
 te vir, & atque
 præs distribue
 præindusio pe

geslit opes secum auferet istuc. A. Omnis amat Crassum, miserum fugit Omnis egenum. E. Nemo vagans stabili fortunam temperat orbe. A. Omnis habet vitiis lustra beata suis. B. Nemo voluptates nullis languoribus explet. A. Omnis aquas spernit, vina sed Omnis amat. B. Nemo refert studiis præmia digna bonis. A. Omnis eget probitas, omnis & artis honos. B. Nemo placet cunctis invidiaque careret. A. Omnis amat fieri pariter doctusque bonusque. B. Aulæ fontica persequitur munera. Nemo pius. A. Omnis amat multo trahare satellite regnum. B. Nemo sacerdotum luxus, vitamque supinam carpere audet. A. Omnis in alterius vitiis Epidaurius anguis. B. Nemo fidem Christo non habet, & bonus est. A. Omnis ait eras cras cras mysta mea carmina ad auræ, voce traham.

*Agyrta. Iaupotoworij.
90. BVTTVBATTA.*

A. Hem mortales, quotquot inauditas artes miramini, quotquot supernatura lira scrutamini, quotquot subtilitatibus ingenia fatigatis, quotquot sumptus in Orbis rarissima prodigitis, adeste, convenite, contemplamini novos thesauros, nova & incredibilia cœli munera; En me liberalem, facilem, promptum gratis, gratis, quicquid hic est dabitur, accurrite! A. Quis clamor, & oris libertas? B. Ades dum bone vir, atque has mecum gazas divide. R. Tu gazas distribues facero paliolo, fenebris caligis, indusio perflatili? B. Gazas aio, thesauros, gem-